



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 86. Liberiores Pontificis ausus in Francia repressi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. siensi indicuntur, eo fine, ut libelli in
A.C. 1413. struerentur Concilio porrigendi, & Cle-
 rici de nimiis oneribus, quibus Ecclesia
 Gallicana a Curia Romana opprimere-
 tur, suas querelas ad Synodi Patres de-
 ferrent.

§. LXXXVI.

*Liberiores Pontificis ausus in Galliis
repressi.*

Juvén. Ur. Interea, cum hæc gererentur, intercipi-
fin. hist. Car. tur quædam hujus Legati Epistola,
Vl. p. 251. ad Secretarium Pontificis scripta, in qua
 eidem significat, quod Regii Parlamen-
 ti membra subsidii ex Beneficiis suis e-
 rogandi exemptionem jactitarent, atque
 hac super re privilegium a sancta Sede
 eis concessum allegarent; his addidit, Ju-
 risdictionis Ecclesiasticæ auctoritatem pe-
 nitus subversam iri, eoquod Parlamen-
 tum nulla habita Personarum ratione
 sibi facultatem arrogaret, Religoforum,
 Episcoporum, imo & Cardinalium cau-
 fas in possessorio cognoscendi. Hanc
 Epistolam ægerrime tulerunt Aulæ Pro-
 ceras; quapropter decretum fuit, ut to-
 ta rei series Regi exponeretur, necnon
 eidem, quam periculosi, quantive mo-
 menti essent hujus Legati conatus, ob-
 oculos poneretur, ac demum seyere Le-
 gato interdiceretur, ne Regis, ejusque
 Judicium,

Judicum, & præcipue judiciariam Parla- Sæcul. XV.
A.C. 1413.
menti potestatem in causis possessoriis
beneficiorum impostorum oppugnare præ-
sumeret. Regi etiam supplicabant, ut
hac de re ad Papam & Cardinales scribe-
ret, quod & factum est. Paulo post Rex
pensatis gravaminibus, quæ Universitas
proposuerat, literas innovavit, quibus o-
lim illorum jura asserta declaravit, qui
subtractionis tempore beneficia accepe-
runt. Item beneficiorum nundinationi
in Francia obviaturus, ex consilio Cleri
atque Universitatum præcepit, ut Curiæ
Romanæ haud amplius integrum esset,
ullas Ecclesiarum Provisiones & com- Vid. supr.
mendas in toto suo Regno concedere, Lib. CL. §. 53
& 61.
hancque in rem ad Joannem Papam, ut
huic malo prospiceret, Oratores suos ab-
legavit. Quia vero Pontifex sui propositi
immemor, nihil immutare, nec a solita
sua agendi ratione desistere volebat, tan-
dem Parlamentum iuslit, ut edictum Men-
se Februario Anni millesimi quadringen-
tesimi sexti conditum, quantum ad bene-
ficia electiva spectaret, executioni manda-
retur; cui edicto ipsius quoque regii Con-
sili auctoritas accessit.

§. LXXXVII.

*Conventus Universitatis ad sedandas
Gallorum dissensiones.*

Universitas Parisiensis ad preces Aulæ Iuv. Urfin.
hist. Car. VI.
Z 5 Regiæ, pag. 252.